

J.Z.Julenius.

Strena.

1684.

KANSALLISKIRJASTO-KANSALLISKOKOELMA



120 102 1875

(Julenius, J. Z.)



STRENA;

Salutiferum semen, succincta, sonabit.

SPES suscepta,

simul stabilitur sorte serena,

Successu solidu superanti sidera
summa.

Stridenti stipula suscepit scribere strenam.

Incepto Zebaoth indulgeat! Omne Beatis!

ANNO M. DC. LXXXIV.

Vel sic:

Quis do Minum Digne Celebrabit Laude virenti,
Cui crux, atque calix, fauor infera sunt subcunde?

ESAI. 7. v. 14.

Nescia virgo viri, prægnans enim
 xa puellum,
Cui Immanuel est nomen, is
omen habet.

ABODIE, excuditq; JOHANNES WALLIUS illam.

VIRIS PER QUAM REVERENDUS, SPECIATISSIMO PRUDENTISSIMO Q[ui] REVERENDUS
S[ed] DOCTISSIMUS.

Dno. CAROLO PROCHMANNO, Pastori
Lappoëniū dignissimo, Fautori omni observantia eti-
tēm honorando.

Dn. JOHANNI GRANDEL, Pastori Carl-
burgensium vigilantissimo, ut olim Præceptorī fidelissi-
ma hodie Fautori & Evergete æternū suspiciendo.

Dn. HENRICO MALLENIQ[ue], Dynastiæ Ny-
landensis & Tavastensis Secretario accuratissimo, Fautori,
Benefactori & Nutritio meo liberalissimo.

Dn. CAROLO RINGIO, Rect. Scholæ Neo-
Carleopolitanæ solertissimo, Fautori & Præceptorī olim
candidissimo.

Dn. ZACHARIÆ JACOBÆO, vivifici Verbi Dei
Præconi in Lappâ Cauhava jam dudum emerito,
Parenti meo filialis obsequii zelo perpetim colendo.

Dn. FABIANO GUDSEO, Scholæ Helsing-
forsensis ConRectori acutissimo, Fautori itidem mul-
tum honorando.

Dn. JACOBO HAUSTRAMNIO, Sacellano
in Jimola Cauhajoki attentissimo, fautori & con-
sanguineo meo charissimo.

Dn. JOHANNI PETRI Gumse/ Ecclesiæ quæ
Deo colligitur in Kuricca/ Diacono meritissimo, Bene-
factori & consanguineo meo amantissimo.

Dn. GEORGIO Asprooth/ Verbi Dei ministro
in Sacellaniâ Hermensi, Fautori & agnato meo dilectissi-

D. D. D.
JACOB Z. JULENIUS.

Candidus Patrono, ac Informator Gravis aequo
Hospes Munifice, & sic tu Clarissime Rector.
Sacris Invigilans, & Fautor Grandis aveto!
Inscendens Helicona. Iubar Phœbi Grave tuque,
Et Gremio Amplexens musas salvete perenne!

Sic ecceinit vates divino percitus astro :
Gratia quæ veniens abolescit munere cardo
Displacet, hem, cunctis, leviorq; ea gratia plumâ est:
Et circa ingratum Poenæ densantur atroces.
Nam spes ingrati ceu cana pruina peribit,
Cum coquit Agricolam boreas & frigidus imber
Et fluitet longè ceu currit inutilis unda.
Hæc mihi ni scirem postes pulsare morantes,
(Postes assiduo cudent qui munere vestro)
Haud ita maturus properarem munere crudo.
Ast ne querens iners elem cum frondibus uscis,
In quâ currucæ dantur sua præmia forte
A cuculo cui stat meritorum gratia nulla...
Segnitem cuculi coepi damnare peractis
Ambiguis curvis, quevis mens suspensa manebat;
Apportans fateor pretio malè nobile munus,
Si non, materiae superanti cuncta, favetis.
Hæc ubi percipio vultu suscepta sereno,
Additis en, calcar plura & majora canendi
Auspicio Christi, & progressu temporis olim.
His voyeo felix vobis hic cesserit annus!

Vester dum calidus de pettore spiritus balat

JAC. Z. JULIENIUS, O-Both.

Huc ades alme Deus, mecum decurre laborem!

DIALOGUS PASTORALIS.

Tityrus. Dametas. Melibœus. Palæmon. & Aliger.

LAUSSUA felices nec brumâ deficit agros!
Sint licet obtecti nivium compagine
canâ, &
Frigoris indigni vi arvorū gratia nobis
Sit vetita, arctois gelidis qui degimus oris:
Auraque frigidior sulcis data semina stringat
Sidere brumali, sævoq; ita fulminet ore.
Luxurians agris quondam seges, heu, tua quorsum
Læta abiit facies vario decorata colore?
Sicne comis arbor spoliaris macra venustis
Prodiga quæ nuper lactenti fronde virebas?)
Id modò Pastorum exemplū monstrabit ad ungvē:
Agmina qui pecorum viridi dum gramine pascunt,
Excipit hic quando cœli vehementia terras,
Nunc &, quos rigido juvat indulgere labori,
Ingeminare licet, nam mollier aura refulget:
O! fortunatos nimium nos, si bona nostra
Novimus; Agricolas: tenuis sit gloria quamvis
Nobis & nostris campis undantibus herbis,
Ast nostuta quies habet & magalia nostra.
Custodes gregis hæc expressius omnia nōrunt.

Hem

Hem quo tam celeres gressus Melibœe retorques? *T.*
Siste gradum! cupio sermones cædere tecum. *L.*
Adsum quid cupias velox mihi defer ad aures *M.*
Nam mora sæpe nocet tempus furata labori,
Ni fallat facies, Damætas obvius alter. *T.*
Sum, sed ferre moram nequit hanc, tenor officiorū, *D.*
Cui quod habes subito festines dicere char. *C.*
Cur sic unanimes loca sola revisitis ambo? *T.*
Cum nocuas curas semper loca sola ministrent.
Est & lecessum multis prodeesse relatum, *M.*
Neferiant aures strepitus & murmura vana. *C.*
Immo sub ilicibus succedere mollibus umbris, *D.*
Expedit interdum rapidi Phaëthonis ab æstu,
Non renuo dictis dicendo forte probatis, *T.*
Temporis æst monitis paulo majora canamus.
Hem! quem conspicimus gressu fervente venire:
Aligerum ore refert, facie simul atq; colore. *C.*
Huc iter alectat, nos expectabimus illum, & *M.*
Aucupio certo venientis verba notemus.
Parcite multa loqui, medius nos Aliger ambit, *D.*
Diversos diversa juvant, vos visa per agros. *A.*
Nec vos fraudabit nox non concessa veterno:
Cum silet omnis ager, cumq; æquoris unda quiescit:
Cum placido cuncti componunt corpora somno:
Insuper & volucrum tinnitus cessat ab ulmo.
Almaque luna fayet nocti adspirantibus auris. *C.*

D. Nescio quid secum nobis boni is inde reportet,

Nam vigili nostro cœpit gaudere labori,

Et quod non suimus devicti membra sopore,

Quamvis nox nos est amplexa nigrantibus ulnis.

M. Quid ferat ille boni plus, cum se listit amicum?

Nam nos felices quis non satis æstimer omnes,

Cum nos participes reddit sermonis amici?

(Qui sumus abjecti pastores sanguine vili)

Cujusjam primū nose est solatus odore.

T. Quæ Melibæcanis non sunt expertia veri,

Sed si rem certum, socii trutinemus ad assem,

Tum res majoris momenti fertur ab illo.

M. Tityre id unde habeas nobiscum participato.

T. Mens mihi prædictit, ne credite vana referri,

Sed propè adest cum illo sermones ritè seramus.

A. Reddita vox nondum satis est mihi sensibus hausta,

Non mora proferte hæc si quæ vidistis in arvis.

M. Colligo me vix nunc; sic mentem cardine movit

Horror, quo terret sermo mihi latus ad aures.

D. Et nimio mihi stant arrecti horrore capilli.

Tityre & anne tuos tenues tremor occupat artus?

T. Omnia obstupui cur & vox gutturi adhæsic.

Nec potui finem sermoni reddere cœpto.

A. Id nihil est quod sic trepidatis mente labante;

Este animo læto, facite ut pavor ossa relinquat,

Nuncia prima boni est vobis hæc visio noctis.

Aliger

M.
Ali ger al me cito s nos hâc ex ol vi to curâ,
Nam mens nostra gemit sub tanto pondere curâ.
A.
Atq; ardent animi nostri modò scire relata.
Ah! animo luctus omnes removete coquentes!
Nec vos soliciet curarum fluctus inanis!
Et formido procul non notis ex ulet oris!
Pristinus ac animos habeat vigor omine fausto!
Non Phœbi cortina etenim nec lumina fallent.
T.
Hic successus alit, ne tantum sine careret.
Mensita tentatur nobis suspensa timore:
Tanquam blanda forent, iterum ceu læva fuissent
Quæ latyrus ades nobis hic Ali ger alme.
Discite me vos non animo accessisse nocendi.
A.
Prælucere facem venio sed ritè micantem.
Hic neq; me formâ spectabitis hospitis atrii,
Principium horrori cuius sit vasta statura.
Vobis lætus ego ast nunc nuncio gaudia læta,
Dextrè quæ cunctis sunt successura creatis:
Ac animos hominum cœlesti lumine replent.
Quæ fidei firmæ ponunt fundamina factis.
Idq; per integrum sol quem per currit orbem.
Namq; Gîgas cœlo descenderat arduus alto,
Ut secura forent habitacula Terrigenarum.
Et velut humectans vellus venit imber olympos,
Et ceu gutta rigans terræ sata pabula læta.
Jamq; Astræa redit, redunt saturnia regna,
E

Et non ante cadent quam luna lumino fusco.

Nubibus & ruptis coelesti rore beamur;

Justitiae radix in terra pullulat alte.

M. Aliger alme refer sub qua reperimus arenam

Hunc, quem sermo tuus tollit, super æthera notum.

A. Quæsitis urges. Spectate mapalia vestra;

Isq; erit auditivobis certissimus index,

Invenietis eum in stabulis præsepio juxta:

Non ostro insignis jacet, & nec purpura regum.

Vestit eum circum, sed fascia vilior algæ.

Hic gressus succumbit de campis multus in umbræ.

(Occursare capro cornu ferit ille cavet.)

Flectite iter vestrum dictis sic aptius itis.

D. Consilium Aligeri me vestit fronte serenam;

Hicce locis qua speterimus nos otia donec?

Maturemus at hinc abitum nunc æquore lato.

T. Consulim id recte nostræ commune saluti.

Quo Melibœe viam sermone levabimus hancc?

M. Corde pio secum quisq; hæc audita revolvit.

T. Dixeris haud melius, sed sunt solatia muta hæc;

Facundusq; comes recreet tua corpora fessa,

Plus quam currus amans, qui te vehit æquore tuto;

Quamvis non iter hic longum sit forte meandum.

M. Quitantum ore vales hoc veneris ergo Palæmon.

P. Dicite; quandoquidem in molli confedimus herba;

Et quoq; cura fuit teneros depellere factus.

Cum venit, imperio cuius parere necesse est,
Aliger è cælo, nobisque hæc ille profatur:
Est natus Christus reparator originis omnis,
Lumine amicitia cœli qui fulminis iras
Extinxit tævas: & nos sibi junxit amicos;
Dum rapit ex diri rapidis nos faucibus orci
Viribus: & spoliat serpentem vertice torvo,
Dum caput attritum pedibus proculat aheneis.
Hic scala alta poli petitur quæ patria justo
Hic & in æternum fulgentia sceptra repostus,
Cui canet in terris gens omnibus ore decoro:
Expectatus ades tibi nos hærebimus ævum.,
Sensa mihi centum ast rotidem ora sonantia linguis
Si sint, ingenio felici deinde valerem.
Nomina donorum haud possem percurrere cuncta.
Nullo membra mihi nunc sentio lassa dolore, M.
Pectora nam profert penetrantia verba Palæmon,
Ni duri silices teneant præcordia nostra.
Sed si ritè memor prædicta remetior arva;
Non loca sancta reor procul hinc nunc amplius esse.
Sic etiam mihi jam notæ cernuntur arenæ. D.
Obsitus en pannis jacet, incunabula fœnum. T.
Est puero, huc oculos vestros torqvete sodales!
Surculus hic Domini est natus de stirpe Davidis.
Ni fallor, lætos percensi pectore sensus,
Alma ceres viret & pratis nunc in qvibus olim.

Infelix lolium, & sterilis modò crevit avena.

Hunc nos everso juvenem succurrere seculo

Permittamus, ei noceant nitorva tuentes.

M.Hæc modò visa fidem dictis dant Angeli amicis:

Jamq, cadunt animo turbantes ante procellæ,

Et finem video perfusci esse diebus,

Nam lux alma poli radiis illuminat orbem,

Nec sol obscurâ noctis caligine tectus

Occidet; haud unquam lucem veter aurea Phæbe.

D. Heus! jam mutari rerum natura videtur:

Aurea nam fulgent ubi quondam copia cupri:

Et fert argenti faciem male vile metallum :

Induit & pinus naturam solidiorem,

Deterior quondam ferro, projectior ære,

Nunc lapis ecce vices amborum sustinet unus.

Est puer hic natus promissus sæpius antè,

Secula qui rurflus corrupta & regna novabit.

Imperium cuius cœli terræq, meatus

Æquet; & ô! nimium famam sic terminet ultra,

Astra beata poli, pelagus quoq, justus obibit.

T. Tempus adest quo nos tuti recubare sub umbra

Possumus, & pecudes viridi compellere prato;

Non lupus insidias molitur ovilia circum,

Balatum exercent tuti sub matribus agni.

Nongrex hædorum percellitur ore leonum ,

Virgregis ipse præit stabula ad cum vespere ducens,

Sue-

Succident campis vacca & fera Tigris iisdem;
Alternis vicibus præbentes ubera natis.

Nec leo taurorum magè pabula læta recuse;

Rugitu posito ast præsepio forte require;

Quæ pridem exosus petuit sua turbida lustra.

Onos felices felici sidere natos!

Optimum enim nos in Vivi pervenimus ævum..

Virosus serpens non toxica seminat ultra..

Sibila colla trahens Basiliscus, noxius olim

Obtutu, nescit quemquam temerare veneno.

Scorpius & caudâ minitans modo vulnera curvâ

Occidet, & frustra disperget virus iniqvum..

Et nos illæsi in montis convallibus imis

Imus, uti pressis portum qui adiêre carinis

Optatum, quem animis solventes littore habebant.

Non itaceu quondam gressu titubante meamus,

Luminibus claris eximus cuncta pericla.

Quæ tibi pro tali reddamus munere dona.

Angele quod nobis hoc certè & rite revelas?

Non precium repetens vobis hæc nuncio scite,

Non ego dona moror. Sed vos pernicibus alis

Ferte quod audistis per compita cuncta viarum..

Dicentes: terram pacatis marmoris undis

Esse velut plenam modo nati floris odore.

Semper honos pueri nomen laudesq; manebunt D.

Quæ nos fata vocant, plaga quæ nos suscipit orbis,

M.

A.

EI

- Et vatis natorum & qui nascuntur ab illis
Facta Dei memorent memori de corde recusata.*
- A.** Absq; morā licet hinc pelago decurrere aperto.
*Ast incumbite in id servent quo mente tenaci
Hæc quibus adfertis. Sic veri nuncia fama
Gliscat, & auditu crescat mensura sat aucta.
Nam instar aquæ gelidæ quam mens desiderat alte
Ægra siti fama est, si tantum conscientia veri,
Dum volat ex oris spatium quas separat ingens.*
- T.** Etsi saxa sonent, ac ardua montibus altis
*Tendere nos contra studeant, haud illa moremur.
Fama tamen volet hæc per mundi climata cuncta.
Audiet & si quem tellus extrema refuso
Submoveat oceano, si quemque extenta plagerum
Quavror in medio dirimit plaga solis iniqui.
Ast iterum faciet pro nobis verba Palæmon,
Quem nos ore simul, manibus, pedibusq; juvemus.
Sed famæ nullis includas limina portis.*
- P.** Hic quicquid capimus nequeo memorare scienter.
*Nec sat calliope digitis quæ pulsat eburnis
Plectralyræ, poterit super hæc intendere cantum.*
- D.** Est equidem verum fallunt mortalia sæpè,
*Et tum præcipue cum res est ardua factu.
Ast tibi sufficiet vires cui fama ministrat
Nempe puer natus felici virgine nuper.
Tutrahere ipse moras ingentes desine chare.*

Fistula natales mecum mea concine versus!

P.

Natus enim qui non miserorum respuit ullum.

Huc non pauper egens vestigia figere cessa, &

Quem males vada fames crudelitate peredit.

Et cui vita siti coquitur fortassis acerbâ :

Rivus hic irriguus præbebit flumina larga,

Quēis saturatus eris, juguli extingvetur & ardor.

Sed tu tardaris vacua jam forte crumenâ.

Accipito hæc animis, alacresq; advertito mentes;

Si non bulgas onat, redeas tamen hinc latur, atq;

Ære gravi dextrâ multos solaberis annos,

Cum nimium rerum discrimina sæva fatigant.

Immo vii tritis & nudis collibus esca,

Est reparata tibi, fac semita ferveat illò :

Nectare enim rupes Baccheo rite madescunt.

Ille idem cumeras farris complebit inanes.

Et dabit ut longum vivâs ex aggere parvo,

Fistula natales mecum mea concine versus.

Natus enim nobis, certæ auctor Duxq; salutis.

Huc! quos attenuat macies malè corpore toto;

Et quorum membris hic sudor inutilis exit:

Hos miseros ducet per pingvia prata refectos.

Atq; animis requiem placidi dabit æquoris instar;

Cum notus Æolius sævas turbare procellas

Definit, & rediit statio gratissima nautis.

Fistula natales mecum mea concine versus.

Natus enim qui non lœtatur arundine ruptâ:
Brachia sed foveat titubantia rite puellus,
Cujus inest humeris animus cum viribus æquis,
Immo ope soletur contritos corde gemente,
Fortificetq; manus & vires suscitet acres.
Nec seri justis assurgent (crede) querelis.
Fistula natales mecum mea concine versus.

Natus enim mundo præsens medicina malorum:
Huc ades ergò celer, qui pâscis vulnera venis:
Et quem morborum cepit contagio tristis:
Nuper enim natus doctusq; Machaonis artes:
Te vi morborum relevet, sortemq; salutis
Erigat aurâ quo longum fluat illa secundâ:
Et si pestis iners te rolerit usq; medullas
Ossibus exesis, nec tum tibi pharmaca desint.
Fistula natales mecum mea concine versus.

Natus enim puer est omni salvatio genti,
Ergò gravis curis ne cessa in vota precesq;:
Qui malè peccati commissi mole gravaris.
Iisdem humeris tete excipiet queis crimina mundat
Crimina quæ pilos superant tua mundat Jesus.
Solus & hic potuit tranquilla pace juvare,
Vulneribus passis, homines, pro mole nefandâ.
Fistula natales mecum mea concine versus.
Natus enim mundo puer est justissimus unus.

Huc

Huc conferre pedes, queis fraus innexa, clientes:
Hic frenabit eos studio qui recta retorquent;
Qui meminisse suz dextræ fidei q; recusant;
Qui figunt pretio leges, leges q; refigunt.
Increpet ac ultro queis sunt venalia jura
Auro, continuo quorum bos mugit in ore.
Nam tenet ille manu lancem quæ pondere justo
Vergere novit eis, quos conscientia culpa fatigat.
Justitia illius juvat haud prætendere quicquam
Cui scelerum facies noræ quas taxat Eriannys.
Fistula natales mecum mea concine versus.
Natus enim populo est solidum solamen Jesus.
Et miserans in opem faciem quæ rebus inhæret,
Aurea stellantis lætetur regia cœli.
Terraq; lætitiae vocum modulamine surgat
Et colles celsi, cum montibus æquoris undæ,
Aëris & tractus & littora curva sonabunt
Hymnisonas laudes, dum tellus transit in æquor.
Impellarq; chorus festivo pollice chordas.
Exurgant citharæ modulamina læta sonantes!
Extremum mecum mea fistula concine carme!



Ad

Ad ZOILUM,

Hendecasyllabus,

TAbum quod peredat mēas avenas
Fundis Zoile, nihil moror venenum.
Effusum, proprios sinus cavero.
Memet simplicitas tuetur, atque
Defendit probitas, opemque præstat.
Tu sis pœna tibi pater cruentus,
Nee me vester iners repellat ardor.
Felix tacitè recens resorbe.
Virus, nee noceat tibi, quod æquum.
Solvit Phœbus eqvos. & his valeto!



~~309. 11. 1957.~~

K. Aland. omat.
R. Rannak. ja tuide
L.

Julenius

KPL 1.

Ma. X

